



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118790

§. 17. Alba Regalis a Cæsarianis capta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](#)

Sæc. XVII. voce manibus exemplaque suos nequio-
A. C. 1601. quam hortabatur, ut hostile yadum per-
rumperem niterentur, attamen Hispanis
Italisque eodem tempore a Canisieni
arce depulsis Cæfarei retrocedere coacti
sunt: Accurrerat equidem Roswurmius
a Mercurio Duce cum duobus equitum
& sex peditum milibus submissus: ve-
rum sera nimis erant hæc auxilia, at
que insuper nocte proxima tanta frigo-
ris immanitas, ventique mortifera vis
recentem hunc militem oppresserat, ut
eorum plusquam mille obriguerint, ac
misere gelu perierint. Post tantam igi-
tur adversæ fortunæ calamitatem obsi-
dio soluta est, dimisso in vicinos Pagos
exercitu. Periere autem in hac oppu-
gnatione Christianorum plusquam quin-
que millia, nec minor erat sauciorum
numerus, ex quibus potissimi, cum ob-
equorum defectum transferri haud pos-
sent, Barbarorum gladiis misere jugu-
lati sunt, tormenta quoque bellica cæ-
no infixa unacum impedimentis ho-
stium prædæ relicta fuere.

§. XVII.

*Daniel hist.
de France
tom. 10.
Thuan. l. c.
Palatius in
vita Ru-
dolphi II.*

Alba Regalis a Cæsarianis capta.

Nondum soluta erat Canisæ obsidio,
cum Albæ Regalis expugnatio, & qui-
dem feliciori armorum successu tentare-
tur,

qui-
n per-
panis
sieni-
coacti
rmios
itum
ve-
at-
frigo-
a vis-
t, ut-
c, ac-
n igi-
obsi-
agos
ppu-
quin-
oram
m ob-
pol-
ugu-
cæ-
ho-

ta.
dio,
qui-
are-
tur,

tur, ductore Philippo Emanuele Mer- Sæc. XVII.
curio, cui e Lotharingia evocato Rudol- A. C. 1601.
plus Cæsar supremam exercitus curam
commiserat. Is ergo die tertia Septem-
bris Comora, cuius arcem Cæsarei ad-
moto crepitaculo non ita pridem occu-
paverant, profectus inopinato Albam
peruenit, cui paulopost sese conjunxe-
rat Christophorus Roswurmius Belli-
dux, qui non sine molestia superatis pa-
liudum difficultatibus antelucano tem-
pore ad suburbium Zigetanum cum
mille de suis copiis castra posuit, illud-
que superata Turcarum oppugnantium
pertinacia occupavit. Mox Mercurius
Dux oppugnantium ejulatu, velut claf-
fico animatus altera ex parte præfatum
suburbium aggreditur, apertisque cast-
rensibus vallis, ac patefacta muri rui-
na irruptionem facit, primumque pro-
pugnaculum expugnat. Tam inopino
calu territi Turcæ, Staremburgio Co-
mite & Althemio Principe cum suis toto
impetu irruentibus, in oppidum relicitis
suburbiis trepida fuga recessere: mox
vero Mercurius quatuordecim ænea
belli tormenta, a Turcis relicta contra
urbem dirigit, editaque murorum rui-
na per preconem obseffos ditionem
facere jubet, superbo autem responso
accepto, quod mandato haud poterat suo,
id per obfirmatam armorum violentiam

D 2

per-



Sæc. XVII.
A. C. 1601.

perfringere statuit, displosisque omnibus belli tormentis mænia quatere incipit. Tum equidem ultima pestis urbi fuit, quippe largo hiatu subrutus erat murus, cuius ruinas certatim Cæsarei involant; ac per mutuas cædes & cada- vera viam sibi sternentes non ætati non formæ nec sexui parcent, sed uno mi- scentes interitu, ut quemque de hosti- bus fors obviam dederat, nullo discri- mine trucidant: nec tamen Turcæ in- ultam suorum cladem reliquere; quippe Christianis ad nobiliores Turcarum ædes præ datum convolantibus Bassa cuniculis ignem admoveri jussit, unde murorum ruinis Barbari cum Cæsareis promiscua clade opprimebantur: nihilominus Præsidiarii numero & fortitudini cedere coacti se se victorum arbitrio com- misere. Periere e Turcis mille ducen- ti, captis quamplurimis, qui in muni- tioribus suis ædibus aut templis inculsi latebant. Præda magis opima Wallo- nibus cessit, qui immani crudelitate indomitisque furiis in Turcas imo ipsa etiam Pannoniæ Regum offa debac- chabantur.

§. XVIII.

Auxiliares Turcarum copiæ a Mer- curio cæsæ.

Capta